

suas Contra nos, conflatas insidias ipsimet produnt, ut qui Symbolam absque Hospite, quod aiunt) et Salvus conductus per Renum Basileam usque sibi tradatur; Nihil minus. absit. Hic Monoceros, hic iste, Cornu suum effringat, adijciat, pessum eat, Manu Helvetica, Catholica, Fidei tenacissima, omnis perfidiae profligatrice.

Cunctationem insuper suam Nostros Lucernates ingenioso profecto palliolo obvelare inaudio; Patriam nimirum et Confinia (nemo inficias ibit, recte sentiri) non omni propugnaculo virorum destituenda; Pro suis Confoederatis se quoque domi rem Communem strenue, decertaturos, propugnaturus. Aspiret Numen Bonum Utrisque. Rem bene gerant in hostem progressi et domi excubantes, Boni, Catholici, Viri, Optimis utrisque mentibus optima vota, Caelitum opem, Avitam virtutem, Victoriam, Triumphum Pacem, et Sanctissimae Religionis eundem sensum eodem Animos!

Et haec quidem me ab incepto Promissi divertebant. Quod situm pertinaci voto Tua Dominatio porro insistat, perstringam potius quam perscribam quae scripturiebam, in haec non forte verba at Animi sensa.

Salute premissa etc:

Malivolentiam maliloquentiam et venenatissimam Obtrectatorum tuorum Aconita pessum dedisti Obruisti aeterna Amnestia sepeliusti, Animi tui Catholico Candore, quem iam nunc omnes Tui **Zoili** vel nolentes oculismet contuentur suspiciunt demirantur. Quid aio? Nominis, Fidelitatis, Animositatis, Virtutisque tuae Radijs tantum adiecisti splendoris, ut nullae unquam oblivionis tenebrae vel de longinquo tanto fulgori tenuissimam ausint vel ausurae sint Nubeculam afflare. Quid enim? Divinae illius Eloquentiae tuae Flumen dixerim an Fulmen terrificum, in Mortem aeternam Fractos prope modum animos, Viros, Helvetios, **Hercules**, Tellijs [Anspielung auf Wilhelm **Tell**], Stauffacheros [Anspielung auf Werner **Stauffacher**], Ernestos, adeo exasperavit, ut nec Erimantei Apri dentes aut saxo tantum aut silice inacui valeant quantum tuae orationis Tonitrua Fulgura Fulmina et tuos animarunt et acatholicos Calvinistas Patriae, Ruinatores, Proditores, Parricidas Sacrilegissimos consternârunt exanimârunt. Bene habet. Optimum Exordium. Sed hic ego tibi in Aurem, imo in Animum in medullas hoc penetro Ubi, quae bene coeperis, optime peregeris, hoc Lauream meretur immortalis gloriae. Et Ecce mihi, quam Divini Numinis impervia Providentia summae gloriae Argumentum tibi et Catholicis in Manum!

Cornu illud à Septemtrionibus (velut **Hydra** ex Lerna Svecica Lapp= & Finlandica, Gothica, Helvetico Herculi cum tot Jölais [=Iolaus]) a Paludibus Ominosis Fatalibus Execratissima **Attilae** [König der Hun-

nen] *Tottila* [=**Totila**, König der Ostgoten] *funestaque progenies*, *Cornu illud á Daniele* ante tot mille *Secula* *predictum Oraculo*, ab *Apocaliptico* *prenunciatum Vaticinio*, *Cornu illud inquam*, *illud ipsum precursorium Anthichristi*, *in Herculeos Tuos*, *Helvetiorum Catholicorum*, *in Candidissimae Germanaeque Fidei enses*, *Fulmina Bellica*, *in Mortem*, *in Manus*, *quin et sub pedes proterendum excindendum aeternis Orci flammis exustulandum virili vestra manu traditur*, *obijcitur*, *subijcitur*. *Hic iam te virum Orbi*, *hic tuos*, *Helvetios Exere demonstra*. *Hic Rhodus hic saltus*. *Arietet híc Helveticus Taurus Helvetica vacca*, *Helveticus Urus sua in Monoceroten hunc*, *Calvini de podio et Gomorroeo Thoro sobolem*, *Castissima Jnvictissima*, *tot quondam Tyrannorum tot ante ultimum Seculum Sacrilegorum Parricidarum Calvino-Zwinglianorem* [=Anhänger von Ulrich **Zwingli**], *victricia Cornua*. *Ausim hic cum Psalte Regio: Non fecit taliter omni Nationi*; *quas prope omnes in Germania*, *depopulatum est devastavit*, *spoliavit*, *exustulavit cornu hoc*, *Nefandus hic cum subpositio*, *Adultero Jntruso suo*, *inquam Gustavo [II. Adolf, der König von Schweden]* *Corniger*. *Tantum tam invidendae gloriae ansam*, *O Viri Catholici*, *ne manibus vobis aut eblandiri Calvini Unctissima Philologia*, *Technis*, *Fraudibus*, *mellicissimo Aconito condito*, *neve minis armisve perfidiâ excocctis*, *induratis*, *eripi vobis patiamini*. *Mascula illa tua*, *illa roboris plena*, *torosa et vel rupes Saxaque eiaculabunda Eloquentia* (*ductilis illa et lapsabunda picturataque Sardanapáli faeminas Calvinistas lactare solet*, *sub qua iures merum Aurum mera mella*, *sunt omni Scorpiaco Basiliscico*, *Draconico Veneno pestilentiora*, *redundantia quae virus suum in cordis medullas transadigunt*, *experientia monstratrice*) *hoc totum prestabit*. *Orbi huic*, *Soli Solisque Sorori*, *Caelis*, *Toti Universo*, *Reducto fraudulentiarum*, *Obpanso*, *disiecto Thechnarum Conopeo*, *Orbi inquam Demonstra quales et quantas plus quam Catalinarias Coniurationum* [Anspielung auf die 63 v.Chr. entdeckte sogn. katilinarische Verschwörung des röm. Staatsmanns Lucius Sergius **Catilina**] *Strophas contra Jnnoxios*, *nimis Candidos*, *Synceros*, *Fideles*, *et blandissimis Syrenum cantilenis credulos Helvetios Catholicos nos faciles circumveniri*, *iam ante biennium moliti*, *et Gladio*, *Ferro*, *Jgni victimos nos destinare et é rerum Natura* (*si possent*) *Totam Dei Ecclesiam excindere et in cineres redigere nobiscum*, *attentare ausu plusquam Gyganteo perigmei[?]⁴ isti cogitarint*.

DEUS! *Da illis secundum nequitiam ADJNVENTIONUM ipsorum*. *Da Deus Manu Foliaria*, *cuius unico motu trepidant*, *consternantur pereant isti Cornuti*, *cum suis Bubalis*, *Svecici Coaxatores Strumuli*, *Marini Aselli*, *glaciales Bestiae*, *Lapplandici Sagi*, *Striges*, *Venefici*, *Pestes Orbis*. *Profligentur á Patriae nostrae limitibus*, *quod opera tua*

tuorumque fiet, Ubi Cornu Crucis sanctissimae in Cornutae huius bestiae frontem, impegeritis. Audete Facinus aeterno Marmore (quid marmor?) Aeterna Memoria insigniendum, depraedicandum, Coronandum. Beatus tum demum recte Audies, ubi Patriam béaris hac beatitate, exciso nimirum et in Tartaricas Horas demerso Cornigero hoc cum suo Cornu. Quod ut fiat Votis immortalibus Deo supplicabitur ab omnibus pijs. Vale cum Tuis meis, quod fiet Ubi Civibus, Rusticis, omni Orbi Helvetico, Coniurationes Hostium Jntestinatorum per Tuam plusquam Cantonianam Tullianam [- Anspielung auf die röm. Staatsmänner Marcus Porcius **Cato** und Marcus Tullius **Cicero** -] Eloquentiam manuum tactui subieceris.

P.S.

Ex Epistola D. Notarij [den Landschreiber im Thurgau, Franz] **Reding** [gemeint] intellexi (Patri suo [Ital **Reding**, Ratsherr von Schwyz], ni fallor misit quam inspiciendam mihi Dominus [Johann Jodok?] **Küng** [von Zug, Chorherr in Zurzach] dedit) extremum periculum quod paulatim crescit apud Turgovienses, qui á Svecis id est Berni et Tiguri etc. [- Schweden versuchte mit diesen - offenbar vergeblich - ein Bündnis einzugehen -] expilantur adeo ut revera brevi diffugium cogantur inire. O Mei Domini Helvetij Catholici! Jn quantum discrimen, Malum, Exspoliationem, tandem Jncendia et aeternam servitutem vosmet ipsos precipitatis nisi mature malo imminenti occurreritis. Ah moveant vos tot lacrimae, gemitus, lamenta, fugae direptiones, devastationes vestrorum subditorum. Moveamini periculis infinitis et miserijs exterorum hominum urbium locorum. Aliorum damno sapite. Arma arripite. Tu mi Domine Frater Leporinos (Lucernates volebam) Helvetios, in redivivos Giganteos Animos redanima, Exstimula, Concita. pfui[?]⁵ aeternum Dedecus, nolle Subditos é faucibus rugientium Leonum eripere cum possis, cum tot coadjutores tam é caelo quam orbe Terreno Suppedient. Hoc

Edico Ex Ore Dei,

Maledictio eadem, quae alios Dormitantes conniventes et hosti ne ab ungue se opposcentes, involvit, certissimo Helvetios, Haereticorum blandimentis nimis credulos, nimis intestina ad haec mala, male et pessime pacificos, Comprehendet, expilabit devastabit, Exuret, Jgni Ferro excruciat et residuum miserrimae servituti subijciet. Expergiscimini, Urgete, Jmpellite, cogite, ut Unanimi Manu Mala impendentia Totis viribus á Vobis propellatis periculum in Mora. Hostis augetur roboratur quo diutius cunctando bonum ei tempus in Manus datur. E heu Finio.

Tuae Dominationis servus et Frater ...".

"Mann solt dem Lucerner schillt nit .2. wild Mannen sunder 2 haasen
Zuo Malen, dann der h a a s e n⁶ geschlecht⁷ hatt die gantze statt
und Raht eingnommen, glaub die krepsiger⁸ [=Krebsinger]⁹ werden dass
mitt hallten

O Herr Ludwig pfeiffer [=P f y f f e r, gest. 1594] solltest hinwi-
drum kommen du wurdest (mit Helmen¹⁰ umgeben)¹¹ durch Deine felt-
pfeiffen¹² dise Haasen¹² ab der Alment¹² [- wohl Anspielung auf den
Luzerner Schultheissen Moritz A n d e r
A l l m e n d -] iagen."

- 1) Bei der Transkription dieses Textes, für dessen absolut korrekte Wieder-
gabe wir nicht garantieren können, war uns freundlicherweise Frau Dr.
Piroska Máthé, Aarau, behilflich.
- 2) Beim Absender dieses Schreibens handelt es sich um den Autor des ca.
1624 verfassten Bruderklausenspiels, =Mahler/Bruder **Klausen**-Spiel,
ediert von Christiane Oppikofer-Dedie. Als Grundlage für dessen Edition
diente die in der Zurlaubiana unter der Signatur MsZQ 54 liegende Kopie
aus dem Jahre 1663. Oppikofer-Dedie erwähnt zwar auf S. 43f. eine ganze
Anzahl von Dokumenten aus den "Acta Helvetica", in denen Mahler genannt
wird, nicht aber dieses Schreiben, welches insofern von Bedeutung ist,
als es sich um den bisher einzigen bekannten grösseren Originaltext Mah-
lers handelt. Dieser diente übrigens auch dazu, das in der Stadt- und
Kantonsbibliothek Zug liegende "Spiel von St. **Oswald**", welches Mahler
vor 1629 verfasste, als wahrscheinliches Autograph zu identifizieren, s.
Mahler/Spiel von St. Oswald 395.
Das vorliegende Schreiben ist konkret in Zusammenhang mit dem Krieg des
Römischen Reiches, insbesondere mit Schweden zu sehen. Diese Ausein-
dersetzungen waren u.a. auch eine Bedrohung der eidg. Grenzen.
- 3)
- 4)
- 5)
- 6) Möglicherweise ist damit konkret der Luzerner Ratsherr Peter **Haas** ge-
meint.
- 7) Die letzten zwei Wörter sind unterstrichen.
- 8) Dieses Wort ist unterstrichen.
- 9) Ob hier die Luzerner Familie **Krebsinger** als Symbol für eine zögerliche
Haltung im Sinne von Zurückkriechen gemeint ist, bleibt unklar. Falls ei-
ne konkrete Person dieses Geschlechts gemeint ist, kämen am ehesten die
Grossräte Melchior oder Leodegar **Krebsinger** in Frage.
- 10) s. Anm. 7
- 11) Ob es sich hierbei um eine Anspielung auf die Familie **Helmlin**, damals
insbesondere vertreten durch den Ratsherrn Hptm. Jost **Helmlin**, handelt,
bleibe gleichfalls dahingestellt.
- 12) s. Anm. 8

Original, mit Siegelresten. Dorsualnotiz ebenfalls von Mahler.
AH 119, 42-43